



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1063. Usque Ad Annum 1100

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117964

§. 56. Res Ecclesiæ Dolensis in Britannia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66363)

Sæculum XI. conjectura est, S. Brunonis hortatu per-
A.C. 1078. motus, & Cluniacum se recepit, ubi eo-
 dem Petro Magistro usus est, quocum
 deinde profectioem Romanam iussus
 suscepit. S. Hugo cognoscens quam
 egregiis dotibus Odo clareret, Monaste-
 rii Priorem esse voluit, brevi post ejus
 conversionem tempore, videlicet anno
 millesimo septuagesimo sexto, eique post
 biennium Romam vocato Gregorius VII.
 Episcopatum Ostiensem contulit, ut vi-
 rum idoneum opponeret cuidam Schis-
 matico, nomine Joanni, cui illam Eccle-
 siam Henricus Imperator dederat, de-
 functo Geraldo, viro susceptis Legatio-
 nibus clarissimo. Tunc vero Papa Odo-
 nem arcanorum omnium conscium ha-
 buit, quem per spatium annorum qua-
 tuor a latere nunquam dimisit.

Bertold. an.
 1077.

§. LVI.

Res Ecclesiæ Dolensis in Britannia.

Gregorius Papa Legato suo Hugoni
 Diensi commiserat iudicium litis
 exortæ inter *Euen* seu Ivonem, Episco-
 pum Dolensem in Britannia, & Joho-
 neum ejus Antecessorem, qui hanc Se-
 dem Simonix auxilio occupaverat, nam
 cunctis scientibus & videntibus Alano
 Comiti dona ingentis pretii tradiderat.
 Tum Episcopatum consecutus, nuptiis
 publice celebratis, ex pellice numerosam
 pro-

Act. ap.
Marten. p.
 57.

prolem susceperat. Filias suas, cum ad Sæculum XI
 annos pervenissent, quibus puellæ nubi- A.C.1078.
 les fiunt, collatis dotis nomine Ecclesiæ
 prædiis, in matrimonium collocaverat.
 Nicolaus II. Papa tanto scandalo com-
 perto Johoneum Romam vocaverat, sed
 frustra. Gregorius VII. eum deposuit, p. 56.
 & Dolenses in ejus locum subrogandum Greg. IV.
 Pontifici miserunt juvenem nomine Gel- ep. 4. Ar-
 duinum, Canonicum Dolensem, quem gentrè lib.
 elegerant. Is nobilissimo loco natus, & III. c. 101.
 optimis moribus erat; quia vero nec
 ætatem a legibus Ecclesiasticis præscri-
 ptam, nec ingenii maturitatem ferendo
 oneri Episcopali necessariam habebat,
 noluit eum Gregorius Papa ordinare, sed
 ipso Gelduino & illis, qui eum comita-
 bantur, consentientibus, Ivonem, Abba-
 tem S. Melanii, ejusdem Legationis so-
 cium, virum prudentem & virtutibus
 ornatum, Episcopum Dolensem conse-
 cravit. Ille nihil minus quam Episcopa-
 tum exspectans, ad eum honorem reci-
 piendum compelli vix potuit. Hæc co-
 gnoscimus ex epistola Papæ ad Clericos
 populumque Dolensem vigesima septima
 Septembris anno millesimo septuagesimo
 sexto data, atque etiam ex alia ad Gui-
 lielmum Angliæ Regem, cui Britannia,
 utpote Normanniæ nexu feudali obno-
 xia, subjecta erat.

Cum

Sæculum XI.

A.C. 1078.

Sup. lib.
XLVIII.S. 44.
IV. ep. 5.

IV. ep. 13.

Cum etiam Episcopus Dolensis jure possessionis jam abhinc annis ducentis Titulo Archiepiscopi & Jurisdictione in Episcopos Britanniae gauderet, Papa Ivoni Pallium concessit, datisque literis, omnes illius provinciae Episcopos ei obedire jussit, salvo tamen jure Archiepiscopi Turonensis, qui hucusque Metropolitanam Britanniae se dicebat. Verum ista clausula non obstante Rudolphus Archiepiscopus Turonensis querelas movit, quod Pontifex Episcopo Dolensi Pallium dedisset. Respondit vero Gregorius in hunc modum: *Cum Optimates illius provinciae, missis ad nos Nunciis, Episcopum Ecclesiae Dolensi dari expeterent, & pollicerentur, se veterem abusum, quo Investituram electis dedissent, & pro ordinatione Episcoporum pecuniam accepissent, abolituros esse, laeti eorum postulata audivimus, & quae exoptabant, concedenda esse credidimus. Ex epistolis autem nostris dispicere poteris, quam caute Dignitatem Ecclesiae Turonensis salvam esse praeceperimus. Quapropter aequo animo expectandum tibi, donec causa haec examini subjecta decidatur, quod sicut speramus brevi, sive in ipso loco sive Romae nobis praesentibus, futurum est.*

Interea Johoneus Dola pulsus Sedem Episcopalem repetere omnibus viribus conabatur, conquerens quod contra fas fuisset

fuiſſet depositus. Obtinuit etiam a Rege Sæculum XI.
 Angliæ, ut literas ſibi faventes ad Sum- A.C. 1078.
 mum Pontificem daret, qui Regi respon-
 dit: *Credimus quidem, banc cauſam eſſe* IV. ep. 17.
ſinitam; ut vero oſtendamus, quanto in
pretio apud nos ſint vota tua, & ne for-
te, quod ut ſuſpicemur, adduci non poſſu-
mus, decepti fuerimus, ſtatuiſſimus, in il-
lam regionem mittere Hugonem Episco-
pum Diensem, Hubertum Eccleſiæ Roma-
næ Subdiaconum, & Teutzonem mona-
chum, de cauſæ hujus adjunctis pridem
edoctum, qui idem negotium iterum ad
examen vocent, & omnia tibi referant,
neutiquam dubitantes, fore ut cognita rei
aquitate acquieſcas; non enim ignoramus
te ob Juſtitie amorem populis præcipue
commendari. Hæc epiſtola vigesima pri-
 ma Martii anno milleſimo ſeptuageſimo
 ſeptimo data. Anno ſequente Papa da- V. ep. 23.
 tis ad quosdam Magnates Britonum lite-
 ris ſignificavit, Ivonem Archiepiſcopum
 quidem ad ſe veniſſe, ſed ejus æmulo
 abſente cauſam diſcuti non potuiſſe.
Quare totum hoc negotium, inquit, com-
miſimus Hugoni Diensi Legato noſtro Con-
cilium in Francia celebraturo, rogamus-
que, ut ad terminandam banc cauſam Epi-
ſcopos, Abbates, alioſque viros, quos de-
cet, congregari curetis. Huic epiſtolæ
 dies vigesima ſecunda Maji, anno mille-
 ſimo ſeptuageſimo octavo, appoſita.

§. LVII.